

Muscaria exotica Musei Civici Januensis
observata et distincta a Prof. CAMILLO RONDANI

FRAGMENTUM I.

Species aliquae in Abyssinia (Regione Bogos)
lectae a Doct. O. BECCARI et March. O. ANTINORI, anno 1870-71

Fam. SYRPHIDAE.

I. Gen. *Syritta* S. F. SRV.

1. Sp. — *abyssinica* n. ♀ Long. mill. 5.

♀ Proxima *nigrifemoratae* MACQ. sed satis distincta, praesertim tibiis posticis haud pallide annulatis, et apophysi nulla interiori.

Nigra: Antennae rufescentes articulis primis pallidioribus: Epistomii margo late flavidus:

Thorax callis humeralibus parvis luteis:

Abdomen lateribus segmenti primi anguste, secundi late fulvescentibus; segmento tertio basi, fascia subinterrupta flavescente, angusta, et linea exili margini posteriori alba: segmento ultimo basi tomenti albicantis ad latera maculato, et apice distincte albo.

Alae decolores, vitta stigmatica vix grisescente.

Pedes quatuor anteriores lutei, vix basi femorum fuscii: postici femoribus totis nigro-nitidis, tibiis tarsisque nigricante-piceis.

KEREN.

II. Gen. *Microdon* MGN.

2. Sp. — *aethiopicus* n. Long. mill. 9.

♀ Proximus *inermi* LÖEWII sed distinctus, praesertim:

1.° Antennis non perlongis, nec totis nigris.

2.° Alis non nigro-tinctis, sed margine antico et venis omnibus nigricante-limbatis.

3.° Pedibus non omnibus rufo-testaceis, sed posticis obscurioribus, fusco-piceis.

4.° Halteribus pure albis, non rufis, etc.

Antennae articulo primo parum brevior duobus ultimis conjunctim: secundo non duplo brevior tertio, isto nigricante, duobus primis fusco-rufis.

Caput nigrum brevissime albidi pubescens:

Thorax cum scutello niger, parce albo pilosulus;

Scutellum inerme.

Abdomen totum melleum, subnudum, segmento ultimo longissimo, maximam partem abdominis constituyente.

Alae margine anteriore, et venis nigricante limbatis.

SCIOTEL.

Fam. CONOPIDAE.

III. *Gen. Sphixosoma* RNDX. 1836 (1).

Conops LIX. prt.

3. *Sp.* — *africana* n. *Long.* mill. 7-8.

♂ Antennae rufae, articulo secundo obscuriore.

Caput totum flavum, punctis tribus nigris antice notatum; duobus parvis sub frontem ante oculos, uno majore in medio marginis epistomii.

Thorax niger, lateribus dorsi late rufis; scutello nigro.

Abdomen segmentis duobus primis nigris, postice fulvo-marginatis; sequentibus rufis; tertio macula dorsuali et fascia ventrali ad basim nigricantibus; ultimis paulo lutei pallidi nitentibus — Halteres flavi.

Alae posticae paulo infuscaatae, costa late flavida.

Pedes rufi, tarsis nigris.

ANSABA.

(1) Dividendo in duo *Conopes* LINNEI, et unae sectioni antiquum nomen servando: sed. CLAR. SCHINER anno 1861 dum generis Linneani divisionem adoptabat, immerito *Conopes* meos vocabulo novo *Physocphata* nuncupabat, et *Sphixosomae* species generi *Conopi* adscripsit.

Fam. MUSCIDAE.

Stirps. PHASIINAE.

IV. Gen. *Bogusia* n.

Antennae flexae, mediocriter longae, articulo tertio late obovato, sub-disciforme; arista nuda.

Epistomium paulo reflexum, setulis duabus ad unumquodque latus, alibi nudum.

Abdomen vix brevissime hirtulum et setulosum.

Alarum vena longitudinalis quinta extrinsecus sub-arcuatim cubitata et apice conjuncta quartae ante marginem; conjuncture ultra apicem sita tertiae longitudinalis: venula transversa anterior fere aequae distans a basalibus et ab exteriori; istius distantia ab anteriori circiter quadrupla distantiae a cubito quintae longitudinalis.

Pedes parce et breviter setulosi.

4. Sp. — *Antinorii* n. Long. mill. fere 7.

Antennae et frons nigerrimae, ista opaca velutina.

Facies flavo fulva; genae ante oculos albo-sericei nitentes: carinis facialibus linea nigricante costali.

Thorax ater opacus, parce nigro-setosus: scutellum fulvo-lutescens, lateribus basis paulo infuscatis.

Calyptra pallide lutescentia, squamis superis pallidioribus. Halteres lutescentes.

Alae nigrae, margini postico nigredine dilutiore, ut anguste in costa contra venas duas primas.

Pedes atri, coxis et femoribus, apice excepto fulvis.

Bogos.

Stirps. DEXINAE.

V. Gen. *Sarcophaga* MGN.

3. Sp. — distinguenda n. Long. mill. 10.

♀ Antennae ut palpi nigrae: facies, genae, et carinae fa-

ciales rufescentes; vitta frontali picea, alibi caput grisescens: setulae genarum parvae et exiles.

Thorax ut in pluribus congeneribus nigricans grisei tectum, vittis nigris dorsualibus, intermedia in scutello producta.

Abdomen griseum vitta longitudinali supera, et tessellis parvis lateralibus nigricantibus, segmentis duobus primis, macrochetas dorsuales non ferentibus; ultimo medietate apicali rufescente:

Organis, seu laminis copulatoriis rufis.

Alae sublimpidae; vena quarta basi setulis exiguis 4-5 munita; quinta angulo sub-acuto flexa.

Pedes toti nigri.

KEREN.

6. *Sp.* — *sejungenda* n. *Long.* mill. 6.

♀ Ut plures congeneres grisea, thorace nigro vittato, abdomine nigricante tessellato cum vitta dorsuali distincta.

Antennae ut palpi nigrae: Caput griseum albidum nitens, vitta frontali fusca, lata circiter ut oculi: setulae genarum 6-7 sat parvae.

Abdominis segmenta duo prima macrochetis dorsualibus destituta: laminis analibus testaceo luteis.

Alae sublimpidae: vena quarta setulis minimis sed pluribus subciliata ad basim; quinta angulo sub-acuto flexa.

Pedes nigri, paulo grisescentes.

KEREN.

Stirps. MUSCINAE.

VI. *Gen. Somomyia* RNDX. (*Lucilia* prt).

7. *Sp.* — *cuprinitens* n. *Long.* mill. 8.

♂ Proxima *fasciatae* Macq. sed distincta:

Palpis rufis, non brunneis — Epistomio lateribus rufis, non toto nigricante albidum adperso. — Alis basi certe nigricante, non dilute lutescente — Orbitis in fronte sub-contiguas, non vitta latiuscula sejunctis, etc.

A *Musca cyanea* WDM. diversa:

Colore corporis non chalybeo, nec cyanescente:

Epistomii lateribus non argenteis; et praecipue venis alarum ut in *fasciata* directis.

A *chloropyga* WDM. etiam difert:

Thorace antice non albo-picto — Capite subtus non albo-barbato — genis non cyanescentibus etc.

Corpus aenei-cuprei nitens; thoracis vittis duabus sub-violaceis: sutura transversa, et basi scutelli fascia, nigricante nitidis.

Abdominis segmento primo, et margine posteriore secundi et tertii nigro-chalybeis.

Caput nigricans albidi adpersum: epistomii latera rufescentia — Palpi luteo-testacei — Antennae nigrae.

Thoracis calli sub-humerales, et calyptra alba.

Alae sub-limpidae, basi nigricantes: vena longitudinalis quinta ultra cubitum intus incurva: transversa exteriori sinuosa.

Pedes nigri.

KEREN.

8. *Sp.* — *albiceps?* WDM. *Long.* mill. 6.

♂ Exemplar faemineum, ad Caput Bonae Spei lectum cl. WIEDMANIUS descripsit; istud Abyssinicum masculum sic distinguendum:

Oculi in fronte subcoherentes — Antennae nigrae.

Palpi rufi. Frons, facies, genae nigricantes albidi pollinosae et tomentosae; mento albo-piloso.

Corpus totum virescente metallicum, pallide grisei adpersum: Thoracis fascia suturali transversa et scutelli basi nigronitidis; Abdominis segmento primo, et limbo marginali postico secundi et tertii nigro-chalybeis: lateribus, praesertim ad apicem paulo albidi pilosis.

Alae sublimpidae, costa paulo fuscior, macula radicali nigricante, spatium decolorem includente.

Pedes nigri.

KEREN.

VII. *Gen. Musca* LIN.

9. *Sp.* — *domestica* LIN.

Exemplaria duo faeminea lecta in Abyssinia, indigenis Europae omnino aequalia. KEREN.

10. *Sp.* — *lateralis* MACQ.

Etiam istius exemplaria duo Abyssinica, Europeorum characteres perfecte praebent. KEREN.

Stirps. STOMOXIDINAE

VIII. *Gen.* *Beccarimyia* n.



Char. Gen.

Caput superne sat depressum, epistomio valde producto, nudo — Oculi in fronte maris contigui, nudi — Antennae arista superne tantum ciliata — Proboscis porrecta ultra epistomium distincte producta, apice non late labiata — Palpi elongati compressi, proboscide parum breviores.

Alae vena quinta longitudinali estrinsecus angulo rotundato sursum flexa et quartam attingente ante apicem, non margini seunctim producta: transversa exteriori incurva, et fere aequidistante ab anteriore et a cubito quintae longitudinalis.

Pedes simplices.

11. *Sp.* — *glossina* n. *Long.* mill. 6.

Facies et genae nigro-nitidae, capite inferne fulvo pubescente — Proboscis basi rufa, extrinsecus nigra.

Palpi fusco-rufescentes apice fuscior.

Antennae nigricantes, basi paulo rufae; arista, rachide lutescente.

Thorax cum scutello superne niger, scabriculus, pleuris fulvo-sub-aurei pubescentibus.

Abdomen luteo fulvescens, ut calyptra.

Alae dilute flavicantes, basi et costa flavedine saturatiore; apice distincte infuscatae.

Pedes rufescentes, tibiaram et tarsorum summo apice, et macula exteriori femorum posticorum fuscis. KEREN.

IX. *Gen. Stomoxis* GEOFR.

12. *Sp.* — *sitiens* n. Long. mill. 5.

♂ Similis *calcitranti* europeae, sed minor, et distincta, praesertim:

Facie et orbitis albissimis, non sub-luteis, et oculis in fronte sat proximis, orbitis medioeribus vitta nigra angusta sejunctis, et sic oculorum distantia triplo circiter minor latitudine singuli oculi, non ut in mare *calcitrantis* frons lata fusca, et parum angustior singulo oculo.

Praeterea in *sitiente*, abdominis grisei segmenta tria basi paulo canescentia praesertim ad latera; caetera ut in sp. europea. KEREN.

Fam ANTHOMYDAE.

Stirps. ANTHOMYINAE.

X. *Gen. Anthomyia* Max.

13. *Sp.* — *luteiventris* n. Long. mill. 6.

♀ Similis *diaphanae*, et *transversae* europeis sed ab utraque characteribus variis distincta ut ex diagnosi.

Caput nigricans grisei adpersum.

Antennae articulis primis rufis, tertio nigricante; arista basi fulva — Palpi fusco-lutei.

Thorax nigricans, grisei superne vittato, callo humerali, et lateribus contra radicem alarum testaceis.

Scutellum testaceum albidi nitens."

Abdomen totum luteo-testaceum — Calyptra lutescentia.

Alae dilutissime flavicantes basi flavedine saturatiore.

Venula transversa anterior contra apicem sita secundae longitudinalis: transversa exterior sinuosa, fere aequidistans ab anteriori et ab apice longitudinalis quintae.

Pedes rufo-testacei, tarsis paulo fuscioribus. KEREN.

Stirps. TANYPEZINAE.**XI. Gen. Diopsis LIN.**

14. *Sp.* — *aethiopica* n. *Long.* mill. 5-6.

Nigra, capite inferne, antennis, pedibusque partim rufo-ferrugineis: Abdominis lateribus griseo-cani maculatis.

Petioli oculorum valde elongati, fusco-picei, ut frons.

Thoracis appendiculae laterales breves, spinae scutelli longae, fusco-piceae, seta apicali sub-aeque longa spinis.

Abdomen basi segmentorum ad latera cano-maculata, et linea marginali postica alba in segmentis quatuor ultimis, apicali tamen latius albo-marginato.

Alae sub-limpidae, venis nigris, costali crassiore; apici nebula fusca distincta; Venarum dispositio ut in *D. subfasciata* Macq. (Dipt. exot.) — Halteres nivei.

Pedes coxis femorumque basi rufis: antici femoribus in-crassatis in medio paulo infuscatis: tibiis nigricantibus, tarsis piceis: quatuor posteriores apice femorum, annulis duobus tibiarum, et tarsis fere totis fusco-piceis. SCIOTEL.

15. *Sp.* — *Beccarii* n. *Long.* mill. 3-4.

Corpus nigrum capite et pedibus partim rufis vel luteis: fronte fusco-notata. Petioli oculorum sat breves, crassiusculi, fusco-rufescentes, macula nigra supera prope oculos distincta.

Thoracis appendiculae laterales sub-nullae; scutelli medio-eres, albidae, seta apicali longissima nigricante — Halteres albi.

Abdominis segmenta ultima linea albida postice marginata.

Alae ut in praecedente sublimpidae, et venis pari modo dispositis.

Pedes coxis omnibus sub-albidis: antici femoribus sat crassis, rufis, apice et macula irregulari interiori, tibiis, et metatarso nigricantibus, articulis ultimis pallide luteis: quatuor posteriores pallide lutescentes, apice femorum, praesertim posti-

corum nigricante, tibiis posticis annulo fusco sub-apicali saepe distincto.

SCIOTEL.

XII. Gen. *Myiodella* n.

Gen. *Myiodina*.



Habitu Gen. *Myiodinae* DESV. similis (V. Fig. 1, 2), sed notis pluribus generice distinguenda, scilicet:

1.° Antennis elongatis usque ad marginem inferum oculorum, articulo tertio exili et lineari; non oculis sat brevioribus, et articulo tertio sub-ovato, latiusculo.

2.° Vena tertia longitudinali alarum non recte usque ad apicem producta; sed curvatim costalem attingente sat longe ab apice alarum.

3.° Vena longitudinali quinta prope apicem incurvata contra praecedentem; non recta a transversa exteriori ad apicem, gradatim contra praecedentem convergente.

4.° Areolis duabus basalibus alarum sub-aeque longis et latis, apice venula perpendiculari terminatis; non arcola inferiori sat latiore et apice vena sinuosa clausa, etc. etc.

16. *Sp.* — *brachialis* n. *Long.* mill. 6.

Corpus nigro-subviolaceum, brevissime et parce albidum pubescens: thoracis dorso canescente vittato.

Caput rufum, vertice, occipite, et margine intermedio epistomii nigris nitidis.

Antennae apice nigrae, basi late rufescentes; arista nuda basi luteo-testacea.

Calyptra albida — Halteres pallidissime lutescentes.

Alae sub-limpidae, callo basali, vitta exili stigmatica, et macula latiuscula apicali nigricantibus.

Pedes nigri, coxis et femoribus anticis rufis. KREN.

Fam. DOLICHOPIDAE.

XIII. Gen. *Dolichopus* LATR.

17. *Sp.* — *af. n.* Long. mill. 4-5.

♀ Similis faeminis specierum nonnullarum europae; corpus fusco-virescens sub-metallicum.

Antennae totae atrae, arista nigra sub-apicali, a basi fere usque ad medium incrassata.

Facies et frons albo sericeae — Thorax paulo grisei adspersus.

Abdomen fasciis transversis nigricante — nitidis ad suturas segmentorum — Halteres lutei.

Alae sublimpidae, costa vix grisescente: vena quinta leniter flexa, et contra praecedentem modice convergente.

Pedes rufescentes, nigro spinulosi, tarsis posticis et anticis, et macula apicali femorum posticorum nigricantibus.

SCIOTEL.

Fam. ASILIDAE.

XIV. Gen. *Promacus* Lw. = } *Trupanea* prt. Macq.
cum *Alcimus* Lw. }

Divis. A. Venula transversa conjungens longitudinales 4^m et 5^m sat proxima origini et longe ab apice quartae. (*Alcimus*).

18. *Sp.* — *limbatus* Macq.

Tr. limbata. Dipt. Ex. 1, part. 2

Brevi diagnosi MACQUARTII adde characteres nonnullos in mare a me observatos, MACQUARTIO ignoto.

♂ Antennae nigrae, stilo longitudine articuli tertii.

Thorax dorso parce nigro setoso, et vittis quatuor latis nigricantibus; exterioribus sub-divisis et latioribus.

Scutellum badii setis duabus validis nigris.

Halteres lutei — Abdomen lateribus albo setosis.

Pedes albo et nigro spinosi: femoribus antiçi subtus villosis sed non setosis.

KEREN.

19. Sp. — *Taeniopus* n. Long. mill. 30 circiter.

Proximus *Stenuro* Löewii tamen notis variis distinctus, scilicet:

Thoracis dorso late ferrugineo vittato, non vittis olivaceo-fuscis lineis albo flavidis interjectis.

Venis alarum non fusco-brunneis sed, praesertim anterioribus rufis.

Pedibus maxima parte rufis, non nigro colore badii variato: Scilicet femora omnia rufa, intus et extra vitta longitudinali nigricante, et quatuor posticorum etiam geniculis anguste fusco-nigri: tibiae rufae, anticis et posticis vitta fusca interiori, in parte apicali, quatuor posteriores apice anguste nigricante: tarsi omnes rufi, articulis apice anguste fuscis saltem inferne etc.

Praeterea antennae articulis primis fulvis, ultimo cum stilo nigro, isto filiforme paulo brevior articulo tertio.

Proboscis nigra, palpi lutei ut *Stenurus*: *Mistax* fulvescens setis inferis longis, crebris, rigidis, non paucis et mollibus.

Vittae tres nigrae laterales thoracis adsunt, sed in foveola supra humerali altera vitta nigra observanda.

Caeteri characteres circiter ut in Sp. Löewii, inclusa pubescentia et albedine pollinosa corporis.

Abdomen tamen rufum vittam dorsualem nigram praebet lineolis confluentibus instructam, et vittas fuscas laterales in segmentis primis; sed inferne ad latera alia linea nigra-continuata adest, partem ventralem a dorsuali sejungens.

Mas similis faeminae, exceptis organis copulatoriis paulo incrassatis et albo-pilosis; et femoribus anticis subtus villosis, non setosis ut in faemina: istius oviductum apice bispinoso, et segmento praecedente spinulis brevissimis toto hirto.

In ♀ duabus observatis, macrochetae duae scutelli variant, in una luteae, in altera nigrae.

KEREN.

GENERUM ET SPECIERUM.

INDEX.

G. Alcimus. V. Promacus.	
— Anthomyia MGN.	G. X.
— — <i>luteiventris</i> RNDN.	Sp. 13.
— Beccarimyya RNDN.	G. VIII.
— — <i>glossina</i> RNDN.	Sp. 11.
— Bogosia RNDN.	G. IV.
— — <i>Antinorii</i> RNDN.	Sp. 4.
— Conops. V. Sphixosoma.	
— Diopsis LIN.	G. XI.
— — <i>Beccarii</i> RNDN.	Sp. 15.
— — <i>aethiopica</i> RNDN	» 14.
— Dolichopus LATR.	G. XIII.
— — <i>ater</i> RNDN.	Sp. 17.
— Lucilia. V. Somomyia.	
— Microdon. MGN.	G. II.
— — <i>aethiopicus</i> RNDN.	Sp. 2.
— Musca LIN.	G. VII.
— — <i>domestica</i> LIN.	Sp. 9.
— — <i>lateralis</i> MACQ.	» 10.
— Myiodella RNDN.	G. XII.
— — <i>brachialis</i> RNDN.	Sp. 16.
— Promacus LW.	G. XIV.
— — <i>limbatus</i> MACQ.	Sp. 18.
— — <i>taeniopus</i> RNDN.	» 19.
— Sarcophaga MGN.	G. V.
— — <i>distinguenda</i> RNDN.	Sp. 5.
— — <i>sejungenda</i> RNDN.	» 6.
— Siritta SERV.	G. I.
— — <i>abyssinica</i> RNDN.	Sp. 1.

G.	Somyia RNDN.	G.	VI.
	— albiceps WDM.	Sp.	8.
	— cuprinitens RNDN.	»	7.
—	Sphixosoma RNDN.	G.	III.
	— africana RNDN.	Sp.	3.
—	Stomoxis GEOFR.	G.	IX.
	— sitiens RNDN.	Sp.	12.
—	Trupanea . V. Promacus .		
